

*14. Instrumentum permutationis
tra Leonardo Strambo e Francesco
suo nipote, da un parte, e
Leonardo de Luntro, dall'altra*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*14. Instrumentum permutationis
tra Leonardo Strambo e Francesco
suo nipote, da un parte, e
Leonardo de Luntro, dall'altra*

1285-11-08

(c. 342v) Anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo ottuagesimo quinto, dominante magnifico domino domino Carolo dive memorie domini Caroli illustris Hierusalem et Sicilie regis herede et legitimo successore, domini vero eius anno primo feliciter amen, mense novembris, ottavo eiusdem, quarte decime inditionis.

In presentia Symonis de iudice Symone regii iudicis Potentie et testium subscriptorum, Leonardus Strambus et Franciscus filius condam Ioannis Strambi, nepos ditti Leonardi, cives et habitatores Potentie, permutaverunt et tradiderunt Leonardo de Luntro, civi et habitatori eiusdem terre, petiam unam terre sitam in tenimento Potentie, in contrata Vallonis do(p)ni Bruni, hiis finibus // (c. 343r) circumdatam: ab uno latere sunt terre que fuerunt condam iudicis Barchi>, quas tenet nunc Aiubaldus marchio, propter curie, a secundo latere tenet hospitale Santi Ioannis, ab aliis vero duobus lateribus tenent heredes condam Laurentii Anthoroni. Hanc autem petiam terre qualiter est predittis finibus circumdatam per designata latera quatuor, una cum omnibus accessionibus et ingressionibus suis, predittam petiam terre ditto Leonardo permutaverunt et traddiderunt, ut dittum est; pro qua dittus Leonardus de Luntro dedit et tradidit eis, nomine ditte permutationis, petiam unam terre sitam in tenimento Potentie, in contrata que dicitur Santa Maria Blanca et addidit eis, nomine permutationis preditte, tarenos auri quatuor; fines vero preditte petie terre sunt hii: ab uno latere tenet Dorattus Mancus, ab aliis duobus lateribus tenet dittus Leonardus Strambus, a quarto vero latere est via publica. Quam quidem petiam terre superius nominatam, cum predittis

tarenis quatuor, ditti Leonardus Strambus et Franciscus, nomine ditte permutationis et traditionis recipientes, dederunt et tradiderunt tam ditto Leonardo de Luca quam heredibus suis liberam et omnimodam potestatem tenendi, possidendi, vendendi, permutandi, donandi, nec non et quocumque modo voluerint alienandi predittam petiam terre. Insuper // (c. 343v) repromiserunt ei et heredibus suis eam defendere et guarentire contra omnes homines qui eum vel heredes suos de preditta petia terre molestare vel inquietare temptaverint more iudiciorum; et si prefati Leonardus Strambus et Franciscus vel eorum heredes vel aliquis per eos vel per eorum heredes contra dittum Leonardum de Luntro vel suos heredes, de preditta petia terre aliquo tempore venerint vel eam sibi deinceps calumniaverint <sic> seu per quodlibet ingenium eam ab eis repetere vel subtrahere quesierint aut eam eis defendere et guarentire ab omnibus hominibus, ut supra dittum est, noluerint more iudiciorum, debeant componere viginti augustales auri nomine pene, medietatem ditto Leonardo vel suis heredibus et successoribus et alteram medietatem regali curie, predittis permutatione et traditione nihilominus in suo robore perpetuo duraturis.

1

2

3

4

A Bartholomei

A Anibaldus

A pro parte

A Anatroni

14. *Instrumentum permutationis tra Leonardo
Strambo e Francesco suo nipote, da un
parte, e Leonardo de Luntro, dall'altra*

5

5

6

Et taliter ego Ioannes de Gunnella publicus Potentie
notarius, de mandato contrahentium predittorum, hoc
instrumentum permutationis et traditionis scripsi quia
interfui et meo solito signo signavi. (SN) † Ego Simon
iudex Potentie qui supra † Ego Matheus Scottus interfui
† Ego magister Matheus de Salerno testis sum

A Dorantus

A Luntro